ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT KLASSISCHEN, HUMANISTISCHEN UND HISTORISCHEN TEXTEN
Mitte 15. Jh. Seite 38v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

ineptis non vacent et in utroq; que que sint vera et
simplicia laudantur. Forme autem dignitas coloris bo-
nitate tuenda est color exercitationibus corporis. Adhibe-
da preterea mundicia est non odiosa neq; exquisita ni-
mis tantuq; fugiat agrestam et inhumanam negligentia.
Eadem ratio habenda vestitus. Ingenio sunt in plerisq;
mediocritas optima est. Cauendum est autem ne aut tar-
ditatibus utamur egressu mollicie ut pompaeum
ferarum similes esse videamur. Aut in festinationibus
fustipicamq; nimias celeritates. Que fiunt anhelitus mo-
ueretur et multus mutantur ora torquentur. Ex
quibus magna significatio fit no adesse constantiam.
Sed multo etiam magis elaborandum est ne animi mo-
tus a natura recedant. Quod assequemur si cauebi-
mus ne in perturbationes atq; examinationes incida-
mus et si attentos animos ad decoris conseruatione te-
nebimus. Motus autem animorum duplices sunt. al-
teri cogitationis alteri appetitus. Cogitatio in uero ex-
quirendo maxime versatur. Appetitus ad agendum
impellit. Curandum est igitur ut cogitatione ad res
quas optimas utamur ratione appetitum obedientem p-
beamus. Et quod magna nobis est orationis etiam du-
plex. Altera sermonis. Altera contentionis. Contentio
disceptationibus tribuatur iudicio concionibus senatus.
Sermo in circulis disputationibus congressionibus fami-
liarum versetur sequatur etiam communia. Contentionis
precepta certiora sunt nulla sermonis quibus haut